

menſe Septembri Sole exiſtente in libra conuenient omnes planete in ſimul. et ſol erit in cauda Draconis. quod ſignificat res mirabiles ac horrendas. fietque diluuium maximum. et altercatio ventorum per Saturnum et Martem. Creſcetque mare ultra — patientiam fortasſe Deſcriptoris; hic enim excuſſit calamum.

CCXCV.

U. 511 Codex membranaceus lat. Sec. X. Folior. 223. formae paene quadrae 4. luculente et probe ſcriptus, rubricis diſtinctus, fuit olim *Conradi Celtis*; habet enim in Theca anteriore foris Iconiſmum Numi *περομην* ejus exhibentis, quem deſcripſi in *Memorab. Biblioth. Garell.* p. 186. intus vero illius *Μονογραμμα* (II) *ἀντογραφοῦ* addita interpretatione *Con. Cel. pro. (tucii) poete*, et Symbolo: *παγεσω φρονισης*. ubi obiter noto, *Job. Cuspinianum* noſtrum iisdem paene Siglis uſum fuiſſe, niſi quod geminum illud II ſuperne connexum formam potius M repraeſentat, nam *Jobannem Cuspinianum Philoſophum Medicum Poetam* uolebat intelligi. Haec ideo monere uifum, quod utriusque literaria *Κτηματα* hodie per Bibliothecas et Literatorum Scrinia vagantur. Eodem praeterea Codicis loco caractere goth. grandi uifitur Weyh. quod Monasterium *Weihenſtephanenſe* ad *Friſingam* interpretari quis poſſit, unde Celtes in ſuis illis excuſſibus quocumque demum modo Librum tulerit. Sed

jam ad rhombum. Continet ille *Aur. Prudentii Clem. Hiſpani* Sec. IV. Scriptoris *Carmina*, jureque merito congiungi poteſt uetuftioribus illis exemplis, quae I. T. Congregationis Oratorii Rom. ut uideatur, Presbyter in *Praef. novae Edit. Prudentii Parmae* 1788. 4. cap. IV. p. 52. enumerat. Praeit litera quadra miniata *Gennadii Maſſil. Caput XIII. de Prudentio* extritum uſque ad uerba: *Commentatur et in morem Grecorum Exameron &c.* ubi *Fabricii* editio legit: *Commentatus est autem*; certe minus recte, jam enim aliud opus *Prudentii Gennadius* nominauerat. Praeterea occurrit, et in *prevaricationem eius pro et prevaricationem*, item *super quorundam nominibus pro sub aliorum nominibus*, denique *speciali tamen conditione pro intentione*, quae expendat Lector. Sequitur: *Incipit Praefacio sequentis Operis. Per quinquennia iam decem &c.* Habemus igitur Librum *Hymnorum Καθημερινων* ſive *quotidianorum*, cujus Titulus: *Incipit Liber Hymnorum Aurelii Prudentii Clementis Nobilissimi Ac Facundissimi Poetae*. Decurrunt Hymni ordine, quo in *Edit. Parm.* de qua ſemper mihi ſermo eſt, ſed numero tantum X. in quo ab Editore diſſentire cogor; Hymni enim II. *Oſtauo Kal. Januarias*, et in *Epiphaniam*, cum annui ſint potius, quam *καθημερινοι*, rectius cum Codice noſtro poſt Librum ſequentem reponuntur. Jam X. *Hymni* noſtri rationem metrorum ſuorum, uel titulo praefixam, uel margini,

manu tamen συγχεσθω, adscriptam habent. Tituli fatis cum Editis congruunt, neque abludit lectio ita, ut Edita inde perfici possent. *Hymno I.* legitur quidem *Leſulos aegros sopore desides*; ego vero vellem, ut pro *soporos* repositum est *sopore*, ita pro *aegros* reponi *aegro*. *Hymno II.* pro *Lapsante claudus poplite*, Noster habet *Laxante*; item *Tandem fatiscat cecitas* pro *faceſſat*, et familia leviora.

1. Edit. 1. Cod.

2. — 3.

3. — 9.

4. — 7.

5. — 2.

6. — 10.

7. — 11.

His adde in Codice II. illos *Hymnos*, quos huc repositos dixi superius. Tituli omnes in Codice miniatu inchoant: *Incipit Passio &c.* E collatione *Hymni I.* liquet, non defuturum spicilegium, si quis singulos cum Edit. *Parm.* contendere voluerit, nam v. 14: Codex melius *Laetus*, quam *Latus*. V. 46. ubi Edita *bacis*, recte docemur, dici etiam *bagis*, *bogis*, *bojis* pro *vinculis*. V. 64. pro *absistite* cum nostro restituendum videtur *assistite*, *auferte* &c. V. 98. Malo

Constantina Deum uenerans Christoque dicata &c.

ubi verſum ἀλογον

Nomen adhuc referens et corpus et omnia membra,

Fol. 28. p. 2. Incipit Liber Secundus ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ. Ymnus (in Passionem Emeterii et Chelidonii Martyrum, haec extracta aevo) Calagurritanorum. Initium: Scribta sunt caelo duorum Martyrum vocabula &c. Ut Edit. Parm. p. 103. Abest igitur hinc Praefatio, quam illa p. 99. praemittit, et Hymni XIV. alio decurrunt Ordine, videlicet hoc:

8. Edit. 13. Cod.

9. — 12.

10. — 14.

11. — 4.

12. — 6.

13. — 5.

14. — 8.

cum nostro *lupino ritu*, quam *ritu*. *Passio S. Agnetis* nobis *fol. 59. p. 2.* duo *παρεγγρα* habet: 1) *Verſus Constantine Constancie (Constantini) Filie Scripti In Abside (sic) Basilice Quam Condidit In honore Sancte Agnetis.* Sunt *Αεροσχοι* 14. quorum initiales literae conficiunt: *CONSTANTINA DEO.* Leguntur apud *Bollandistas T. III. Febr. p. 70.* post plures alios, et in *PP. Bibliothecis* inter *Carmina Damasi*, v. g. in *Lugdun. T. XXVII. p. 82.* et ineunt:

fic e nostro Codice emendandum puto :

*Numen ad gbra ferens retro ciet omnia membra
A mortis tenebris &c.*

Ceterum neque *Damasi* esse, neque Aedi sacrae *συγγρον* hoc Carmen ex ipso Conditricis nomine conjicias, quod *Constantia* non,

Constantina fuit. 2) *Item Damasi Pape Versus De Eadem*. Puta *Agnete*. Versus hos habes in *Bibl. PP. Lugd. p. cit.* hoc initio:

*Fama refert sanctos dudum genuisse parentes
Augmentum lugubris cantus tuba cum crepuisset &c.*

Corrupta haec sic restituo e Codice:

*Fama refert sanctos dudum fleuisse parentes
Agnem, cum lugubres cantus tuba concrepuisset &c.*

convocando videlicet, ut ait Glos-
sa nostra, *ad litandum idolis*. Pro

superare v. 6. etiam repono *superasse*, et v. 7.

Nudam perfusos crines et membra dedisse,

fic emendo:

Nudaque profusum crinem per membra dedisse,

mirorque editorem *Mart. Milesum Sarazanum* non mage Lectoribus consultum ivisse. Ad calcem *των Περσεφανων* adscripta est Ode illa, quam Editor *Parm.* iis praefixit instar *Praefationis*, quod in ea dicat *Prudentius*, se sacrare Deo *citos jambicos et rotatiles trochaeos*. Atqui iisdem pedibus aeque utitur in *Καθμεγνως*. Igitur considerari etiam possit velut utriusque horum *Librorum* quaedam Peroratio. Caret in Codice nostro primo versu: *Immolat Deo patri*; redundat vero in fine ultimi: *Quo regnante (regente) vi-*

vimus, quem respuit *Parmensis*. Quid vero, cum plures Codices *ms.* illum agnoscant, si primus ille versus: *Immolat Deo Patri*, adscititius esset? Neque enim repugnaret sensus, et Metrum legitime procederet. Ceterum Titulus miniatu hujus Odae nobis est: *Incipit de Opusculis suis*, et ad illius calcem additur: *Finit Peristefanon*.

Fol. 100. Incipiunt Tituli Historiarum. Per Adam Et Euam. Alias *Διπτοχων* (Gennadio prave *Διπτοχαιον*). Vet. et Nov. Testamenti praecipua utriusque monumenta

menta *Tetraſtichis* complexum, quorum quodvis cenſet XXIV. ſiquidem illud in *Sepulchrum Chriſti*, *Chriſtum non tenuit ſaxum* &c. ſubpoſitum eſt *Prudentio*, cum abſit ab omnibus Codicibus *Vatic.* ut teſtatur Editor *Parm. Vol. II.* p. 228. et a noſtro. Leſtio noſtra vix abludit ab Editis. Initium eſt: *Eua columba fuit* &c. Litem de hoc Opusculo *Prudentio* motam enarrat Editor *cit. Praef. Vol. I.* p. 27.

Plurima ſunt ſed pauca loquar ne dira relatu &c.

Contuli partim cum Edit. *Vol. I.* p. 305. neque notabilem deprehendi differentiam, ſi *Prologum* alterum excipias, in quo v. 19. pro *Statum* nobis reſcriptum eſt *Situm*, et vv. 47. 49. ubi cum noſtro malo *fertilem* pro *fertiles*, et *culmum* pro *culmen*. Poema titulis, ut oportet, rite interſtinctum eſt.

Fol. 133. p. 2. abſque Inſcriptione ſequitur *Hamartigenia* (*Ἀμαρτυγενία*) ſeu Poema de Origine Peccati, cujus Praefatio incipit: *Fratres ephebi foſſor et paſtor duo* &c. ipſum vero Poema:

Aurelius Prudens Virtutum Proelia Clemens

Cum Vitiis Caecinit Metrica Scolaſticus Arte.

Praefatio init: *Senex fidelis prima* &c. Poema ipſum praefcriptum: *De pugna Virtutum Atque Viti-orum: Chriſte graues hominum ſemper* &c. Prout Edit. *cit. Vol. II.* p. 53. Ad Praefat. obſervo, v.

Fol. 105. p. 2. abſque Inſcriptione orditur, ut e calce adſumo, *Liber Apotheoſis*, quo Noſter errores contra Eſſentiam Dei et Chriſti Divinitatem impugnat, duplici *Prologo* inſtructus, quorum prior incipit: *Eſt tria ſumma Deus* &c. alter: *Eſt uera ſecta, te Magiſter conſulo* &c. Poema vero ipſum: *Contra Hereſim Que Patrem Paſſum Affirmat.*

Quo te precipitat rabies tua &c. Extat Edit. *cit. Vol. II.* p. 7. cui probe conſonat Codex, niſi quod malim v. 23. cum illo legere: *proprium dum quiſque reuulſo vindicat imperio*, quam *proprio*, item v. 43. *Vnus ſemper erit gignens*, quam *Unum*, quod etiam Codex a prima manu habuerat, ſed eraſum eſt, et hiſ fortaſſe per decurſum ſimilia; non enim enotare Codices integros inſtituti mei eſt.

Fol. 157. Incipit *Prudentius ſpichomachig.* Sic pro *Ψυχολογία*. Thema diſticho praemiſſum:

32. 33. legi in Codice *uinculis* pro *nexibus*, et *bogis* pro *bacis*; v. 36. *ne quam* eraſum eſſe *m*, ut non ſit, quod Editi habent, *nequam* — *proſapiam*, ſed *nequa* — *Vis*; v. 47. 48. melius haberi *fertile*

tile pro fertilis, et uenire pro iuventae. In ipso Poematis ingressu nihil discrepat.

Fol. 179. p. 2. Praefatio ἀνεπιγυαφος, et post illam minio: *Incipit Adversus Symmachum Aur. Prud. Clem. Liber Prior.* Praefat. initium: *Paulus prece dei &c.* Libri: *Credebam uiciis egram &c.* Ut Edit. cit. p. 127. *Liber II.* auspicatur fol. 196. p. 2. Ejus Praefatio init: *Simon quem uocitant petrum &c.* et liber ipse: *Haecenus et ueterum cunabula &c.* Minus commode hic habitum est *Prudentii* praecipuum fortasse Poema; nam et frequentius lapsus est Librarius, et non paucae Membranae situ vitiatae sunt. Integrum tamen est, et *Liber I.* Deorum titulis miniatis, II. vero locis ex ipsa *Symmachi* Relatione, quae refutanda sibi sumsit Noster,

interstinctus, quorum nihil in Edit. *Parmensi* observatum, quae ceterum *Ephemeridibus Götting.* ad an. 1788. p. 1481. nimium quantum Romanocatholica visa est.

Fol. 222. p. 2. praeclarum Codicem terminat Elegia ἀνεπιγυαφος in laudem *Philomelae*, ferius paullo, sed non post Sec. XII. adscripta; quam memorari video cum in *Matth. Martini Lexico v. Turdus*, tum e *Cod. Reg. Paris. n. 6816.* in *Novo Carpentarii Glossario* ad vv. *Drosca*, *Zinzitare* et *Zinzizulare*, quaeque *Ouidio* olim tributa cum aliis ei Subpositis extat in variis Sec. XV. et XVI. Editionibus, et etiam separatum, ut pluribus exequitur *Fabricius Bibl. lat.* edit. *Ernest.* T. I. L. 1. c. 15. p. 463. Abrumpitur vero post 22. Disticha in Hexametro:

Scribere me voces avium filomela coegit — —

Et re ipsa in his desudavit Poeta, de latina civitate, ut videtur, parum sollicitus; Parrus enim illi *tinnipat*, Merulus *zinzitat*, Acredula *furirulat*, Buntardus *trucilat*, Sturnus *pustat*, Perdix *caccabat* &c. Atque haec ὀνομαστροφία mire, uti pronum, per Exemplaria variat. Librario nostro tantum de *Avibus* res fuit; omisit enim alteram *Elegiae* partem, qua *Quadrupedum* voces recensentur, ut videre est in memoratis Editionibus. et *Goldasti Catalectis Ovid. Francof. 1610.* 8. Autorem porro hujus Poemati ut *Theotiscum* putem, *Turdi* compellatio facit, *Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

quae illi *Drosca* five *Drosfa* est, in qua nostrum *Drossel*, aut *Drostel* quis non videt?

Exacto ita Codice observandum restat, scaterere illum *Glossis* a capite ad calcem partim coeva, partim posteriore manu additis. Harum, quae Latinae sunt, Textum explanant; sunt vero multae τῶν συγχεσῶν etiam *Theotiscae*, atque harum Specimen aliquod adicere juvat, et primum quidem e mox memorata *Elegia*: Merulus *Amsta*. Sturnus *Stara*. Turtur *Turtulatuba*. Palumbes *Hola* (Holz?) *tubun*. Milvus *Wio*. Pavo *Phabo*. Hirundo *Sualua*. Aquilae *Arun*.

Graculus *Ruab.* Ciconia *Storab.*
 Vespertilio *Fledarmus.* Merops
Spebt. Tum e *Prudentio:* Seria
Ernostbaftiu. Strophium *Houpit-*
pant. Pedicae *Strichin.* Mulcrum
Milibchar. Congeries *Uberquel-*
lan. Inuius *Anuertigi.* Surculus
Sintulingi. Cunulae *Nabule.* Au-
 rium meatus *Lofunga.* Cariofa
Wrmatiga. Urgebat *Francta.* Fo-
 rum *Marcat.* Bipennis *Zwifidrigi*
fuert. Eviscerando *Zufleifconto.*
 Obftinatio *Einstritigi.* Fifcella
Churipi. Lucrum *Scazz.* Struma
Chelba. Mucus *Roz.* Truces *Crim-*
nun. Peffulus *Sloz.* Ninguidus *Si-*
neuin. Eluvies *Uburfluzio.* Crypta
Giruft. Subterranea *Erthus.* Um-
 bones *Rantbogun.* Haec usque ad
fol. 49. et *Passionem S. Cypriani.*

CCXCVI.

R. 3167 Codex membraneus lat. Sec.
 XII—XIV. Folior. 223. f. max.
 per duas columnas magnifice ex-
 aratus, minio distinctus, literis ini-
 tiorum uncialibus artificiofo du-
 ctuum plexu visendis, et olim Mo-
 nasterii *Novimontani*, vulgo *Neu-*
bergen, O. Cist. ab *Ottone Hilari*
Austr. et *Styriae Duce* a. 1327.
 in harum Provinciarum confinio
 super *Murczam* fl. deducta a Mo-
 nasterio *S. Crucis in Valle Ne-*
morosa colonia fundati, ut infra li-
 quebit, complectitur sequentia: I.
 praetenso folio deciduo e L. II.
Paralip. Incipit Praefatio Sancti
Jeronimi Presbyteri In libro Pro-
uerbiorum. Videlicet illa ad *Chro-*
matium et *Heliodorum:* *Jungat*
epistola &c. Hanc excipiunt illae

duae aliae, prout in Bibliis Glof-
 fatis: *Tribus nominibus* &c. et:
Tres Libros Salomonis &c. inter
 quas interceptus est *Articulus*
Glossae ordinariae de nominibus
Parabolarum, prout in iisdem Bib-
 liis. Tum *Textus III. Libellorum*
Salomonis, item *Sapientiae* et *Ec-*
clesiastici, quae duo postrema Pro-
 logos praeferunt, ut in Bibliis jam
 citatis. *Textus* more nostro *Capi-*
tibus distinctus est, et ad calcem
Orationem Salemonis Regis habet
 depromptam e III. *Reg. c. 8.* et
Paralip. II. c. 6. fed non *κατα*
λεξι. Haftenus porro *Biblica*, ma-
 nusque *Sec. XII.*

II. *fol. 50.* sequuntur *Historica*,
 Videlicet *Chronicon* ab O. C. us-
 que ad A. MCCCXCVI. ita ta-
 men, ut manus *Sec. XIII.* pertin-
 gat ad A. MCCXXII. manus ve-
 ro *Sec. XIV.* ab A. MCCXLI.
 pertextat reliqua, et folium *unum*
 inter utramque manum exciderit.
 Initium est ejusmodi: *Adam pri-*
mus homo ad imaginem dei forma-
tus est in ebron. in paradiso cum
eua septem horis commoratus ob
mandati transgressionem huius mun-
di exilium subiit. — In ierusalem
obiit in loco caluarie sepultus. —
Erat autem adam XXX. cubitorum
altitudinis. Mortuo autem eo ap-
paruit angelus domini ferens ostrum
eiusdem longitudinis. expanditque
illud super eum atque nucleum ue-
titi ligni ori ejus imposuit &c.
 Postquam dein nugivendus hic
 et vineam *Noae*, et oblationem
Isaaci, atque *Jephtae*, et *Manuae*
 sacrificium, et caedem Sacerdo-
 tum sub *Jezabele*, et *Abelis* sacri-
 ficiu,